



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Concilium Gangrense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)



## Concilium Neocesariense.

- N VII.** ¶ Presbyterum conuiuio secularium nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur secundis nuptiis poenitentiam tribuere, quis erit presbyter qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis.
- O VIII.** ¶ Si cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam constituto eo adulterauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.
- P IX.** ¶ Qui admiserit corporale peccatum & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat autem in alijs officijs propter eius studij utilitatem. Nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste conuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.
- Q X.** ¶ Similiter & diaconus si in eodẽ culpæ gñe fuerit inuolutus, sese à mīsterio cohibebit.
- R XI.** ¶ Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamuis sit probabilis vir, sed obseruetur vsq; ad præfinitum tempus, Dominus enim trigesimo anno baptizatus est & tunc prædicauit.
- S XII.** ¶ Si quis in egritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari nõ debet. Nõ enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.
- T XIII.** ¶ Presbyteri qui conregionales non sunt, in ecclesia præsentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis offerre nõ possunt, nec dare panẽ sanctificatũ, nec calicem porrigere. Quod si absentes sunt ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati ad dandã orationem, soli debeant dare. Vicarij autẽ episcopos (quos Græci coepiscopos vocant) constituti sunt quidẽ ad exemplum septuaginta senosq; Sed tanq̃ consecratos propter sollicitudinem & studium quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.
- V XIII.** ¶ Diaconi septem esse debent secundũ regulam, quamuis magna sit ciuitas, regulæ tamen autoritas ista est, quod & liber actorum apostolorum insinuat.
- ¶ Explicit Conciliũ Neocesariense, qd̃ fuit, Anno dñi, CCC. XIII, in Ponto Polemoniaco

### Incipiunt capitula Gangrensis concilij.

- |   |         |   |    |
|---|---------|---|----|
| ¶ De his qui nuptias damnant.                               | Cap. 1. | ¶ De continentibus & vsu palliorum                                | 12 |
| ¶ De his q̃ carnes manducates dānant.                       | 2       | ¶ Non debere mulierem continentie causã virilem habitum vsurpare. | 13 |
| ¶ Non debere seruũ occasione religionis dominum contemnere. | 3       | ¶ Non debere condemnantem nuptias à viro discedere.               | 14 |
| ¶ De oblatione presbyteri coniugati.                        | 4       | ¶ Non debere quemquam continentie causã filios suos negligere.    | 15 |
| ¶ Orationes ecclesie nõ debere contemni.                    | 5       | ¶ Ne filij occasione religionis parentes suos despiciant.         | 16 |
| ¶ Non debere extra ecclesiam congregari.                    | 6       | ¶ Caput tondere mulieri non licere.                               | 17 |
| ¶ De fructibus in ecclesia & nõ alibi dādis.                | 7       | ¶ Non debere die dominico ieiunare.                               | 18 |
| ¶ De his quæ in vsus pauperum conferunt.                    | 8       | ¶ Non licere communia ieiunia soluere.                            | 19 |
| ¶ Virginitati studentem non debere nuptias execrari.        | 9       | ¶ Cõmunicandũ in basilicis martyrum.                              | 20 |
| ¶ De his qui pro virginitate superbiunt                     | 10      |   |    |
| ¶ Agapem fratrum non debere contẽni.                        | 11      |   |    |

### Incipit concilium Gangrense.

**X**  
Anno dñi  
337, in Pa  
hplagonia



**D**ominis honorabilibus consecratis in Armenia cõstitutis episcopis. Eusebius, Alpius, Philetus, Eulalius, Pappus, Basilus, Bithinicus, Heratius, Ipatius, Bassus, Eugenius, Gregorius, Elianus, Presbiterus, Eugenius, Qui conuenerunt in Gangrense concilium in domino salutem. ¶ Quoniam conueniens sancta synodus episcoporum in ecclesiam Gangrensem propter quasdam ecclesiasticas & necessarias causas inquirendas, & ea quæ secundũ Eustachium gesta sunt dinoscenda inuenit multa fieri indecenter ab his qui eundem Eustachium secuti sunt, necessario statuit palam omnibus factis amputare vniuersa quæ ab eodem male commissa sunt. ¶ Declaratum est enim hos eosdẽ nuptias accusare & docere quod nullus in coniugali positus gradu spem habebat apud deum, unde factum est vt mulieres multæ seductæ relictis proprijs viris, & viri vxoribus destitutis vinculum



culum conjugale dissoluerent, continentiam profitentes, quam cum retinere nō possent, ad-  
 ulterium cōmiserunt. Inuenti enim sunt dissensiones ac separationes in dominicis ecclesiis do-  
 cere, id est traditiones ecclesiasticas, & ea quæ in ecclesiis aguntur debere cōtemni, priuatisq;  
 conuenticulis institutis atq; ad imitationem eorū quæ in domo dei aguntur omnia præsume-  
 re celebrare. Adhuc etiā vestibus cōmunibus spretis nouos & insolitos habitus assumpsisse.  
 Primitias quoq; fructū & oblationes eorū quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibi met  
 vindicasse, id est propria ratione doctrinæ, tanq̄ sanctis sibi eas offerri debere, apud se & in-  
 ter se dispensandas, seruos à dominis recedētes per hunc inuistatū religionis suæ habitum sub  
 specie suæ religiōis dominos contempisse. Mulieres quoq; præter consuetudinē, & sui sexus  
 ornatū hinc se iustificare credentes virilē habitū suscepisse, pluresq; earum occasione religio-  
 nis tonsas genuini decoris comas penitus amputasse. ¶ Ieiunia quæ in ecclesia prædicant con-  
 temnenda asseruisse. Nonnullos etiā cibos carniū tanquā illicitos reputasse, in domibus coniu-  
 gatorū nec orationes quidē debere celebrari persuasisse, in tantū vt easdem fieri vetent, & ob-  
 lationibus quæ in domibus factæ fuerint minime cōmunicandū esse decernāt. ¶ Presbyteros  
 vero qui matrimonia contraxerunt sperni debere dicunt, nec sacramenta quæ ab eis con-  
 ficiuntur attingi. Loca sanctorū martyrum vel basilicas contemnere, & omnes qui illuc conue-  
 niunt & sacramenta conficiunt, reprehendere. ¶ Diuites fideles qui nō omnibus renuntiant  
 quæ possident spem apud dominū non habere. Et multa alia quæ enumerare nulli possibile ē  
 singulos quoq; eorū pro suo arbitrio constituere, vnusquisq; em̄ eorum per talem institutio-  
 nem ab ecclesiastico canone recessit, tanquam proprias leges sibi met condidisse præsumens.  
 ¶ Sed nec cōmunis his omnibus & vna sententia est. Singuli em̄ prout videtur & libet accusa-  
 tionem ecclesiæ nitendo tanq̄ rector non sit, vel addidit decreta vel minuit. ¶ Propter hoc  
 ergo coactum est hoc conciliū in Gangrensi ecclesia habitū canones istos exponere, quibus  
 probantur memorati extra ecclesiam esse. Quod si per pœnitentiā condemnauerint oīa hæc  
 quæ male senserunt, tanq̄ à se non bene prolata acceptabiles fiant, atq; ad eos singula quæ de-  
 bent cōdēnare, synodus credidit exponēda. Quod si quis renuerit hæc q̄ hodie cōstituta sunt  
 tanq̄ hæreticus anathematizatus & dānatus abijciatur. Et erit nō solū excōmunicatus, verū  
 etiā ab ecclesia abijciatur extorris, donec deprecetur episcopus, & de vniuersis quæ penes eos  
 deprehensa atq; detecta sunt, prouiderit, quid horum susceperit obseruandum.

¶ Capitulum primum.

- ¶ Si quis nuptias in accusatione duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam cum viro suo dor  
 A mientem abominandam crediderit, aut etiam accusandam tanq̄ non posse coniugatos in re-  
 gnum dei ingredi, anathema sit.
- II. ¶ Si quis carnem manducantem ex fide cum religione præter sanguinem & idolo im- B  
 molatum & suffocatum crediderit, condemnandum tanquam spem non habentē q̄ eas man-  
 ducat, anathema sit.
- III. ¶ Si quis seruum alienum occasione religionis doceat dominū suum debere contemne- C  
 re & eius ministerium destituere, ac potius non docuerit suo domino bona fide & cum om-  
 ni honorificentia deseruire, anathema sit.
- III. ¶ Si quis discernit presbyterum coniugatum, tanquam occasione nuptiarum offerre D  
 non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinere, anathema sit.
- V. ¶ Si quis docet domum dei contemptibilem esse debere & congregationes quæ in ea fi E  
 unt, anathema sit.
- VI. ¶ Si quis extra ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas san- F  
 ctiones, aliter ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta de-  
 cretū episcopi, ipsamq; ecclesiā apud se sine cōsilio episcopi cū psbytero agat, anathema sit.
- VII. ¶ Si quis oblationes fructuum vel primitias ecclesiæ debitas voluerit extra ecclesiā ac G  
 cipere aut dare, præter conscientiam episcopi vel huius cui huiusmodi officia commissa sunt,  
 & non magis cū consilio eiusdem hæc agenda putauerit, anathema sit.
- VIII. ¶ Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes præter episcopum vel eum qui H  
 constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, qui dat & qui accipit, ana-  
 thema sit.
- IX. ¶ Si quis virginitatem vel continentiam professus, tanquam abominabiles nuptias iu- I  
 dicat, & non propter hoc solum quod continentie & virginitatis bonum sanctum propofi-  
 tum est, anathema sit.
- X. ¶ Si quis propter dominum virginitatem professus in coniugio positos per arrogant- K  
 iam vituperauerit, anathema sit.
- XI. ¶ Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, & præter honorem domini fratres L  
 L 3 paupe-



## Concilium Gangrense.

- pauperes conuocantes noluerit communicare, vocationibus eorum tanquam nihili & quod fit ducens, anathema sit.
- M** XII. ¶ Si quis virorum putauerit sancto proposito, id est continentiae, conuenire, vt pallio vtatur tanq̄ ex eo iustitiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios qui cū reuerentia biris vtuntur & alia veste cōmuni quae in vsu est, anathema sit.
- N** XII. ¶ Si qua mulier suo proposito vtile iudicans, vt virili veste vtat ad hoc vt in viri habitum mutatur, anathema sit.
- O** XIII. ¶ Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando, anathema sit.
- P** XV. ¶ Si quis dereliquerit proprios filios suos, & nō eos aluerit, & q̄d pietatis est necessaria non praebuerit, sed sub occasione continentiae negligendos putauerit, anathema sit.
- Q** XVI. ¶ Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus, hoc iustum iudicantes esse, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur q̄ fideles sunt, anathema sit.
- R** XVII. ¶ Quaecunq; mulier religioni iudicans cōuenire comā sibi amputauerit, quā deus ad velamen eius, & ad memoriā subiectionis illi dedit, tanq̄ resoluēs ius subiectionis, anathema sit.
- S** XVII. ¶ Si quis tanquam hoc conuenire iudicans die dominico ieiunauerit in eiusdē diei contemptum, anathema sit.
- T** XIX. ¶ Si quis eorum qui proposito sunt continentiae praeter necessitatem corporalem superbiat, & ieiunia cōmunia rotius ecclesiae putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.
- V** XX. ¶ Si quis per superbiā tanq̄ perfectū se existimans cōuentus q̄ per loca & basilicas sanctorū martyrum fiunt vel accusauerit, vel etiā oblationes quae ibidē celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnendas, anathema sit.
- X** XXI. ¶ Haec autē scripsimus, non abscondentes eos qui in ecclesia dei secundū scripturas sanctum propositū continentiae eligunt, sed eos qui suscipiunt habitum eius, & in superbiā efferrunt aduersus eos qui simpliciter viuunt. Sed & hos condemnamus qui se extollunt aduersus scripturas & ecclesiasticos canones, & noua introducunt praecpta, & nos autem virginitatem cū humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione deo acceptissimam dicimus, & renuntiationē secularium negotiorū atq; actuum cum humilitate approbandam laudamus, & nuptiarū vinculum, quod secundū castitatem secum perdurat, honoramus, & diuites cum iustitia & operibus bonis non abijcimus, & parsimoniam cū veste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum, praeter corporis diligentiam infucatum laudamus. ¶ Dissolutos autem & fractos in vestibus incessus non recipimus, & domos dei honoramus, & conuentus qui in his fiunt, tanquam sanctos & vtilēs recipimus, proprietatem in priuatis domibus non concludentes, & omnem locum in nomine dei aedificatum honoramus, & congregationē in Ecclesia factam ad vtilitatem cōmunem recipimus, & bona opera quae iuxta vires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quae conueniunt traditionibus apostolicis & sanctarū scripturarū praecpta in ecclesia fieri exoptamus.
- ¶ Explicit Concilium Gangrense.

## Incipiunt capitula concilij Sardicensis.

¶ Episcopum non debere ad aliam ciuitatem transferri.	Cap. 1.	¶ Ut ne ex laico quilibet ep̄s ordinetur	13
¶ Episcopum de prouincia ad prouincias nō transire, nisi fuerit inuitatus.	2	¶ Ut ep̄s in aliena prouincia nō immoret.	14
¶ De duobus episcopis vnus prouincię inter se contentionem habentibus.	3	¶ De episcopis in aliena prouincia possessiones habentibus	15
¶ De episcopo adiudicato.	4	¶ De clericorum excommunicatione.	16
¶ De episcopis a synodo depositis.	5	¶ Licere clericis, si iniuste fuerint excommunicati, vicinos adire episcopos.	17
¶ De quibus supra.	6	¶ Non licere episcopo alterius clericum in sua ecclesia ordinare.	18
¶ De episcopis accusatis.	7	¶ De quibus supra	19
¶ Ut episcopi passim ad comitatū nō p̄gāt.	8	¶ Ut extranei clerici apud Thessalonicam nō tradent.	20
¶ De quibus supra.	9	¶ Clerici vim passi, aut persecutionem, si ad aliam accesserint ciuitatem, non vetentur	21
¶ De quibus supra.	10	ibi morari q̄diu potuerint redire.	21
¶ De quibus supra.	11		
¶ De quibus supra.	12		

Incipit